

# Franckesche Stiftungen zu Halle

**Pauli Manutii Epistolarum Libri XII**

**Manuzio, Paolo**

**Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.**

**VD18 11417161**

Epist. IV. E libro I. Epistolarum Sacrati p. 25. ed. Colon. A. 1583. Paulus  
Sacratus Paulo Manutio Èloquentissimo Viro, Venetias.

---

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

universæ virtutis. Quò me magis à te impetratum confido, ut si, quod vereor, his literis multum de judicio tuo detractum est, de amore, quo elatus tamen mihi præconium tribuisti, nihil immittuas. Nam et si judicium maximi, tamen quia id amoris est, quò si ejus existimationis cupidus sim, aliorum de me sustineri possit opinio, pluris facio perpetuitatem propensi in me animi tui: cui si minus ceteris rebus, voluntate certè respondebo. A Pantagatho & Sirleto, utroq; prædicatore laudum tuarum, tibi salutem plurimam refero. Vale. Pridie Cal. Jul. M. D. LX.

## Epist. IV.

*E libro I. Epistolarum Sacrat. p. 25. ed. Coloni.*

*A. 1583.*

PAULUS SACRATUS PAULO  
MANUTIO ELOQVENTISSIMO VI-  
RO, VENETIAS.

Prima hæc est Epistolarum Sacrati ad Manutium; quā ipse cum eo auspicatur amicitiam, honestis utriusque de altero judiciis, Josephi Fasinardi & Jo. Bapt. Saracii de Manutio sermonibus fundatam.

Quantam ex Josephi Fasinardi nostri adventu, præstantissime Paule, voluptatem ceperim, præsertim quod is nunc mihi jucundissimum optatissimumq; attulit, optimâ nuncet atque integrâ valetudine esse, tute ipse existimare potes, quern jam optimè sensus meos nosse, ac meum in

Ddd 4

te sin-

te singulare studium summamq; observantiam perspexisse non dubito. Quæ autem fuerit nostra inter nos colloquio, tametsi tu qvoq; divino illo ingenio tuo longè providere potuisti, tamen videntur etiam aliquæ meæ partes. Quod si novo tecum, ac mihi jam diu inusitato sermonis genere agere videbor, unum hoc cogita, Josephum, cui multum tribuo, scribendi alacritatem mihi addidisse. Ac, Paulæ doctissime, laudes tuas non attingam. Qvæ enim vis orationis in me est, qvi parum ingenio possum, ut ad dicendum de virtute tuâ aggredi audeam? Nam cùm tanta sit nominis tui celebritas, ac tam illustris & conspicua tuæ singularis doctrinæ atq; eloquentiæ laus, totiusq; orbis terræ judicio iam comprobata, atq; eo maximè, quod Romanam eloquentiam tanquam ab exilio revocaveris, ac pristino nitori suo tu unus restitueris, nonne ineptus meritò jūdicer, si hæc literis persequi velim, ac præclarissimæ luci tenebras offundere? Quare ne in eos me laqueos induam, à qvibus vix tu unus eloquentiæ pater expedire te posses, mittam de te dicere. Qvæ verò meâ interesse puto, ea commemorabo; neq; ve enim causam, cur tanto Josephum exceperim gaudio, prætermittere fas est. Nam cùm unâ essemus, atq; Jo. Baptista Saracii eximii viri, tuiq; studiosissimi ad curiam expectaremus adventum, ut mandata tua diligenter curaremus, multa ille primùm de negotiis tuis, & quo etiam pacto vitam factis traducas egregiis, eleganter narravit, qvæ me valde oblectarunt. Deinde in eum sermonem incidit, ut diceret, te honorificam de me sàpè mentio-

mentionem facere. Quæ ejus oratio tantæ (ut in-  
genue fatear) me lætitiam affecit, ut nimio gaudio  
mei penè oblitus essem. Ac quidem, cùm in me  
nihil esse penitus agnoscam, qvod voluntates alienas  
erga me allicere possit; me tamenjin ore tanti vi-  
ri, qvem præ ceteris valde suspicio, cuiq; neminem  
antepono, qvòd non mediocrem animi sincerita-  
tem cum doctrinâ & eloquentiâ admirabili conjun-  
xerit, versari, tanto pere cùm affirmet ipse Josephus,  
nonne est, cur mihi vehementer gaudeam? Sed ta-  
men, qvòd mei memoriam teneas, Paule humanis-  
sime, totum hoc tuum esse ac tuæ incredibili huma-  
nitati ascribendum nemo dubitat. Qvòd vero te  
admodum admirer, tua excellens virtus me jam-  
dudum provocat. Deniq; qvòd me tibi perpetuò  
devinðum fore pollicear, tua in me innumerabilia  
maximaq; officia vehementer postulant. Qua-  
re perge, qvæso, tua me benevolentia complecti,  
patereq; me in eorum numero esse apud te, qvi  
tuæ singulari virtuti plurimùm farent maximeq;  
addicti sunt. Me enim tibi deditissimum, atque  
ad omnia, qvæ ad tuam dignitatem & commodum  
pertinere arbitrabor, alioqui paratissimum, red-  
des etiam alacriorem. Interim non intermit-  
tam Deum optimum maximum precari, ut te  
nobis pro divinâ tuâ benignitate incolumem diu-  
servare velit, quò clarissima ingenii tui monumen-  
ta non solum amicis, sed omnibus etiam exteris na-  
tionibus degustare liceat. Vale ztatis nostræ de-  
cus, atq; Aldo verè imagini tuæ, nec non eruditissi-  
mo Morando nostro multam meo nomine salu-  
tem